



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Cur orationem & ieiunium Dæmoni eiiciendo necessarium
dicat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

contrarium reuelatum, temeraria tamen fuit, & valde culpabilis, si fuit exorta ex tempore, quod fidem suam non excitarent.

§. 14. Atque hinc redditur facilis ratio, cur si fides miraculorum sit fides Catholica, non omnes fideles eijciant demones? Ita Aragonius 2. q. 1. & Abulens. Non enim omnes fidem habent adeo excitatam, aut illos actus producant, quibus miracula fiunt, oportet enim fidem esse, ut granum sinapis. Hinc fit, ut etiam qui fidem illam habent, aliquando ex ea miracula faciant, aliquando nequaquam ut iam apparet in Apostolis. Nam et si hoc demonium Apostoli eijcere non potuerunt, non tamen ideo fidem miraculorum semel datam amiserunt, alia enim eijcere poterant, verum hoc genus non eijciebatur, nisi per orationem & ieiunium. Augustinus liem decidit Serm. de verbis Domini. Serm. 36. Et Chrys. Ex imperfectione Apostolis accidit, ut maiore infirmitate languerent. Et Hilar. can. 17. interpretatur. Marci. 11. 23. obiectum fidei describi videtur. Verum iam antecessit, *Habere fidem Dei, vel ut alij, credite Deo.* Hoc est quod promissit. Nam si non promissit, non erit causa credendi, aut sane loquitur de illis, quæ fide petuntur vera, hoc est, quæ ita petuntur, ut iudicet quispiam, se accepturum, si conditiones adsint omnes, quibus positus Deus datus sit. Iubet credere, futurum ut accipiant quidquid petierint, multi tamen non accipiunt; quia subest causa non dandi, vel quia melius aliquid dare constituit, vel quia quod petitur, melius negatur.

QVÆSTIO II.

An nihil impossibile sit fidei?

§. 1. **N**ihil erit impossibile vobis, *ed ðu ðuvarðuðu* *quid*, Syrus habet *לא יאמרו לא נחשכח* *medem la nechanchun*: aliquid non erit potentius vobis. Seu, non praualebit vobis. Fide omnia quisque potest; non enim sua, sed Dei manu operatur. Magna igitur est potentia fidelium, cum omnia à Deo impetrate atque efficere possint, idque quod mirabilis est, etiam si Dei amicum non sint.

§. 2. Accipienda illa Christi verba sunt, uti alia quæ generalem doctrinam continent, positis nempe conditionibus, quas recta ratio dicarit. Non enim fides peraget negotia, si quis ociosus spectator; suarum rerum negligens manum non admoueat. Nec ad curiositatem sed necessitatem & sobrietatem miraculorum virtutem Deus elargitur.

§. 3. Impium est, quod Calvinus in hunc locum commentatur. Certum quidem est, inquit, hyperbolicam esse loquendi formam, cum fide transferri pronuntiat arbores & montes. Summa tamen huc redit, Deum nunquam nobis de fore, modo ianuam aperiamus gratia eius. Impia est illa interpretatio. Christus cum dixisset, credenti nihil esse impossibile, duo quæ maxima videntur opera fidei producit. Montium & Arborum (apud Lucam cap. 17. 6.) translationem. Si hyperbole est, ementiens ergo superiectio, non ergo inter miracula continentur. Non nego in Scripturis esse interdum hyperbolas, quæ tamen verum sensum habent, huic loco conuenire nego. Quia Christus magna asseueratione hoc futurum pronuntiat, si falsum est, eos decipit, non enim effici per fidem hoc potest. Deinde Paulus frustra dicit, *Si habeam omnem fidem ita ut montes transferam, si id fieri non potest.* Habuit Calvinus vnde ista

disceat, quosdam religionis Christiane irritos apud Hier. in Commen. qui negabant Apostolos fidem habuisse, quod montes nullos transfuissent. Potuisse fieri, si occasio aut causa fuisset. Deinde etiam esse, ut est in historia Gregorij Neocesarensis. Addo etiam Pauli Veneri. lib. 1. c. 18. in Armenie monte translato. Nec dubium montes cessuros fuisse, si Apostoli mandassent.

VERSVS 21.

Conuersantibus autem eis in Galilea, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum.

QVÆSTIO I.

Cur orationem & ieiunium demoni eijciendi necessarium dicat?

§. 1. **I**ncredulitatem causam esse dixerat, cur non possent eijcere demonium, addidit: habentibus fidem ut granum sinapis, nihil esse impossibile. Quorsum igitur nunc orationem & ieiunium requirit, quasi fides sola sine his propositum tenere non posset? de ieiunio exorcistæ loquitur, quamuis & Engemenis sit vtile? Aduersus demonum, inquit Augustinus Serm. 230. de tempore, nequitiam, quæ nobis Dominus arma ostendit, debemus utique retinere. Hoc autem in nullo eijcitur, nisi in oratione & ieiunio.

§. 2. Diuersa demonum sunt genera, hic de obstinatissimo & ferocissimo agitur, cui eijciendo plura sunt adhibenda remedia, oratio & ieiunium. Iam autem Christus semina ieiunij spargere cepit, ut monet S. Chrysostomus. Chrysostomo autem à diametro Zwinglius aduersatur. Per ieiunium enim *visu* intelligit abstinentiam ab omni seculo. Atque ita loquitur, ut fidei omnia tribuat, non autem ieiunio quicquam. *Sape*, inquit, *redendum fidelibus & innouanda fides*: Nam caro destrahit, & subinde abstrahit à Deo, oratione igitur & ieiunio redendum. *Mitt betten vñnd Ernst*/ hoc est, oratione & sermo. Itaque ieiunare est Zwinglio, serio agere. Ita Deus dat in reprobum sensum, qui suo saltu scripturam premunt, & deprauare conantur, veteri Ecclesia contempta. Bullingerus cum de oratione, & ieiunio dicit Dominum subducere orationem fingit ad omnes tentationes & impuritates diaboli. Monet tamen Ecclesiam, vigilet, abstineat, precat. De vero itaque proprioque ieiunio Dominus loquitur, Et si enim ieiunium interdum mystice de omnium vitiorum fuga Patres interpretantur, non ille tamen huius loci sensus est. Ut ijdem docent.

§. 3. Riti cum legi apud Aetrium Caluistam, ieiunium esse sobrietatem. Si enim ad certum hoc genus demoniorum eijciendum sobrietatem requirit, ad cetera ergo eijcienda non est necessaria, sed ubi quoque inter pocula exorcistarum officio fungi possunt. Quin etiam in Apostolos contumeliosus est, quasi sobrietatis parum fuerint. Si enim ieiunare est sobriū esse, ergo non ieiunare est sobriū non esse. Caluinus videtur verum ieiunium cum vera famis molestia intelligere: cum negat posse in hoc certamen descendere molles exorcistas, demonem nisi summa contentione non vinci.

§. 4. Ne aliquid ieiunio tribuant hæretici, tam

Fidei potentia.

Non est hyperbole.

tuimodo excitari per illud & acui fidem commi-
nificantur, languori fidei remedium præscribi ora-
tionem, orationi præsidium per ex ieiunio, ait Calu-
in Harmon. Hunc vero errorem Christus excludit.
Nam si sola fide dæmon pellitur, sufficit eam esse,
quale est granum sinapis, siue à ieiunio, siue aliun-
de excitata sit, at nunc duo alia proponit, & adiungit
diuersa remedia sine quibus fides efficax non est.
Quo ex loco etiam satis intelligi potest, quam vocet
fidem sicut granum sinapis, nempe ardentem chari-
tatem, orantem, ieiunantem, corpus pro aliena cha-
ritate affligentem, ne vero putetur tantum dicis cau-
sa dici de ieiunio. Marcus 9. 29. clarius exponit. Hoc
genus in nullo in se habet seu nullare, vt Beza vertit, potest
exire nisi in oratione & ieiunio. Orationem & ieiun-
ium facit instrumenta eijcendi Dæmones, quia de
fide mentionem non facit. Concludit tandem.
Hinc clare apparet, quam ridicule papiste antidotum in ieiunio
constituant, fugandis diaboli, quin Dominus non alio
refert, quam ad acendum precandi ardorem. Antidotum
fugandis dæmonibus est non modo oratio, ieiun-
ium, Eleemosyna, castitas, aliæ virtutes, sed impi-
mis charitas. Non iussit eos Dominus orationis ar-
dorem acere ieiunio, & ita fidem accendere, Sed
oratione & ieiunio pelli dicit, & sine illis pelli non
posse. Nec potest exire nisi per precationem & ieiun-
ium. Cur ergo non sit nobis antidotum, sine quo
pelli non possunt, & per quod pelluntur? Fides ac-
cendi, non solum oratione & ieiunio potest, verum
etiam audito, vel lecto verbo Dei, pia creaturarum
consideratione, Sacramentis, & vt nuper quidam
poetæ impuri Tubingæ falso cecinerunt, concubi-
tu. Hoc enim modo posse aiunt intelligi, Dei patris
amorem in filium, si ipsi quoque filios generent, a-
lio modo non posse. Si igitur fidei augmentum dun-
taxat erat necessarium, id dicendum erat, de oratione
& ieiunio nulla facienda mentio.

Caluinus deinde verba Christi inuertit ita tamen,
vt suam etiam opinionem refutet. Quum autem il-
lud genus dæmonij aliter eijci posse negat, quam
precibus & ieiunio. Sensus est, Vbi altæ radices fixit
Satan & diuturna possessione inualuit, vel vbi effrenâ licen-
tiâ grassatur. Difficilem esse & arduam victoriam, ideoque
totis viribus pugnandum. Orare ergo & ieiunare est to-
tis viribus contra dæmonem pugnare. Nam sola fides
non magnopere in pugna laborat.

Multi quoque putant, illud dæmoniorum genus
hæcignari quod diu hominem obsedit. Vt Stapl. in
antiq. Lyranus, Spiritum fornicationis. Caietanus
genus esse, quod surdos & mutos faciat. D. Tho-
mas, & Chrysostomus: omne genus dæmoniorum.
Verum constat hic singulare genus indicari, contra
quod ieiunio pugnandum. Basilius ieiunium vo-
cat armaturam, qua aduersus impios Spiritus sit pu-
gnandum. Sed si fidei sit opus, cur ieiunare oportet?
querit Chrysostomus. Quia vna cum fide non paruas
vires adfert ieiunium. Qui orans ieiunat, binas habet alas,
inquit, quibus ipsos ventos volando præteruehitur, sic Cle-
mens Roman. Constit. Apost. lib. 5. cap. 19. Iusti-
nus ad Anton. Pium. Irenæus lib. 2. §. 56. Athan.
Ethiocrat. ad Monachos, allato Exemplo Niniuita-
rum, Bethuliensium, Mardochei, & addit. Hic (ie-
iunij) Saluator noster in carne hominis, quam assumpserat
suadelas diaboli tentantia obrundit. Quas ceteri aliter potuif-
set expellere, docendos tamen populos voluit hac imitatione
formare. Ieiunium sane Christi fidem, quam non
habebat, non accendit. Plura, I. de virginitate. Et E-
phrem de ieiunio. Epiphani. in comp. doctrin. ieiun-
narenos, ait, vt pro peccatis nostris ieiunia nobis a-
pad Deum supplicentur. Hil. in Psalm. 118. Alius ieiun-

nioplacet, alius simplicitate fidem promeretur, alius vitia E-
leemosynâ redimit. Ambr. de Helia & ieiunio. Magna
virtus ieiunij & tam speciosa eius militia est, vt ieiunare de-
lectaret & Christum. Tam valida, vt ad oculos homines at-
traheret.

VERSUS 22. 23.

*Et occident eum, & tertia die resur-
get. Et contristati sunt vehemen-
ter. Et cum venissent Caphar-
naum, acceperunt qui didrachma
accipiebant, ad Petrum, & dixe-
runt ei: Magister vester non sol-
uit didrachma.*

QVÆSTIO I.

Quomodo contristati sunt?

§. 1. A Vdito iam sæpius de morte Christi præsa-
gio turbantur, & contristantur valde. Mar-
cus. 9. 31. At ipsi ignorabant verbum, & timebant interro-
gare eum. Et Lucas. 9. 45. Fuisse occultum, vt non senti-
rent illud. Aliquomodo igitur intelligebant. Sed ta-
men aliud latere existimabant. Verba enim ipsa au-
dite & percipere necessario debuerunt. Sed tamen
quia vix tantam Christi cladem & arumnam ad ani-
mos admittiebant, parabolas, aliæque secum cogita-
bant. Qua de causa etiam de Petri primatu post
non satis considerant, ambitione aliqua im-
pediri.

Tarde credimus, quæ fieri nolumus. Et ipsa ta-
men dubitatio animum magis, ac magis angit. Id
explicuit Chrysostomus, & causam reddit, cur post
vocem patris, & tam multa audita adhuc hæsi-
tarint. Factum est hoc, inquit, quod adhuc igno-
rarent, vim eorum quæ dicebantur, quod Marcus,
& Lucas innuendo dicunt. Quod quidem igno-
rarent verbum, & interrogare timebant. Sed quo-
modo si ignorabant, dolebant? Respondet. ἔτι οὐ
πάντα ἤγουν. Quod non omnia ignorabant. Nam
de morte sciebant, continuo enim audiebant. Sed
quod mortem breui euasurus, & resurrecturus ef-
set, quæque inde bona secutura, non perspicue co-
gnoscebant. Malebant eius sine morte gloriam vi-
dere. Amor autem magnus etiam breuia amici ma-
la abesse vellent, & immortalem amicitiam esse vo-
lebant, eam morte rumpi morte grauius existima-
bant. σφόδρα γὰρ ἀνείχοντο τὴν διδραχμὴν, valde e-
nim adhærebant magistro, inquit Chrysostomus.
Stabiliserat amor, qualem & mundani amici quæ-
runt, sed non inueniunt. Dicunt illi:

οὐδεὶς ἐραστὴς ὄντι οὐκ αὐτὴν φιλεῖ

Nullus amator, qui non semper amat.

Apostolorum amor immortalis erat, ideo & maior
ex aduerso dolor. φιλα, est τὸν βασιλεῖον, sta-
bilitum fortium, dolor a-
mantium.



Ff 2 VER

ANNO DOMINI
117
Evangeliæ
CIV
18